





1674, 2 d 18.
8. 3
CONCLVSIONES IVRIDICAE INAVGVRALES

DE

EVREMATI^{CIS}

SEV

STRATAGEMATIBVS

IVRIS

VULGO

Von Juristischen Sündgen,

QVAS

CONSENSV AMPLISSIMAE FACVLTATIS IVRIDICAE

SVB PRAESIDIO

FRIDERICI GERDESII,

J. V. D. Pand. & Cod. Profess. nostrae Academiae Ord. Confist. Regii
Adfessoris dignissimi, Facultatis suae Decani spectabilis, Domini, Pa-
troni, Promotoris ac Praeceptoris sui omni honoris
cultu prosequendi

IN AVDIORIO MAIORI

HORIS CONSUVETIS MATVTINIS AD VENTILANDVM

AD D. IV. JUNII

ERVEDITIS, SINCERIS ET PLACIDIS INGENIIS

EXHIBET

Frauz von Essen.

Editio Septima.

Greifswald 1674.

WITTENBERGAE

TYPIS JO. GODOFR. SCHLOMACHII 1735. (6)

CONCLUSIONES JURIDICAE INAGGRIALES

EVREMATIS

STRATAGEMATIBVS

JARIS

von Jostein...

CONSENSU...

SPRACHIDIO

FRIDERICI GARDESI

IN NOTORIO MAIORI


HO...

...

...

...





Proscenium.

Vix SS. LL. nostrarum ulli diligentissimo investigatori
splendius occurret encomium, quam quod Advocatis
in L. Advocati C. de Advocat. divers. jud. tribui-
tur, in quo nihil magis animum afficit, quam felicis-
sima illa collatio inter Advocatum & Militem, seu in-
ter sagatos & togatos milites. Tam in splendore quam prom-
ptitudine armorum togatus noster sagato nulli cedit. Vide ar-
matum illum & defendentem & offendentem: Si est defendens,
Galea sit bona conscientie, ne ex improvido ictu quicquam turbe-
tur; Loricam aptet justitiam, qua munito nihil nocebit, cause
bonitate ceu chypeo reliquum tegat corpus, eamque contra tela &
objectiones adversarii in tempore obvertat. Ocreis constantie
sit indutus, ne labascet cum tota sua causa. Sin offendens no-
ster Miles vult esse, promptior adierit tum eminentis tum comi-
nus. Eminus transverberantia adhibebit tela, ex Tbe midos sa-
cratissimo armamentario deprompta, eaque exercitatissimo suo ca-
lamo explodet. Tria tormenta majora, utpote tria illa juris pre-
cepta, ubicunque secum circumvehat, oportet. Si instrumentorum
& testium satellitio stipatus incedit, omnia adversarii tentami-
na his annihilabit. Si addat exceptiones suas praprimis per-
emptorias, omnis moles Adversarii corruet. Cominus & casum &
pun-

punctim decertaturus utatur acutissimo gladio ingenii sui, ut & framea s. machera promptissime linguae imo illustriori bipenni sinceritatis sua perpetua. His armis argentissima quaque Sophismata (tamen absque ullo acri morsu) potest perforare & eludere. Ipsum autem bellum togati nostri est processus, quod a sagato milite per clarigationem denunciatur, a togato per citationem, & quod in illo faciunt literae diffidatiae, vulgo die Absagungs-Briefse; in hoc litis contestatio die Befestigung des Krieges facit. Hostis togato est adversa pars, iudicium locus pugnae, dilationes seu feriae sunt induciae, Mediatores sunt compromissarii; pro captis auxiliatricibus stant consilia & responsa Prudentum, in rephicis & duplicis varii sunt constructus; Hypotheca & pignora cum satisfactione aequivalent Obsidibus; Victoria tota in sententia consistit, & peculia Advocatorum sunt quasi Castrensia. Et quod singulariter observandum est, ut in bello nihil perficitur, nisi fiat vel vi vel clam, sic etiam hoc fit in militia togata; si enim ibidem aliquid aperto jure ad optatum finem perducere nequit, statim recurritur ad juris stratagemata, & saepius illa clam officiant, ut quis victoriam in causis deportet, quam iis hauri adhibitis non adepturus fuisset. Ex praedictis igitur satis liquet, quod secuti in bello, ita etiam in foro dentur Stratagemata. De quibus in praesentiarum loco disputationis publicae per quinque Sectiones breviter ita acturus, ut in prima Stratagematum iustitia, definitio & divisio, in secunda Stratagemata nonnullorum contractuum, in tertia ultimarum voluntatum, in quarta iudiciorum seu Processus, & in quinta causarum feudalium proponantur. Hoc tantum enixe a te B. L. contendo, ut hunc laborem faventibus oculis aspicias, & si non omnia ad Palatum tuum fuerint, ignoscas. Summum tantummodo Numen humiliter veneror precibus, ut huic labori adesse mibique ad scopum consequendum auxilium ferre velit. Esto itaque.

SECTIO I.

SECTIO I.

De

Stratagematum justitia, definitione
& divisione.

DE Stratagematibus forensibus, ne incassum disputare videar, & præjudiciali causa omiſſa principalis actionis decifio reddatur eluſoria §. 13. *Inſt. de action. L. 16. & 18. ff. de except.* prius præjudicialem quaestionem, ſcil. An Stratagemata forenſia ſint licita? brevibus præmittere & explanare, non abs re eſſe putavi. Quando enim bellica jure HUMANANO *L. nihil intereſt. 2. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. DIVINO Joſ. 8. ubi Auguſt. qu. 8. Deut. 16. n. 1. Sam. 5. v. 23. Judith cap. 13. Danae lib. 7. Polit. Chriſt. c. 6. Et MORIBVS Gentil. de jur. bell. lib. 2. cap. 3. Poliam. in tr. de Stratag. Lipſienſ. lib. 5. Polit. c. 17. Boter. de Stratag. lib. 9.* eſſe conceſſa hodie nemo dubitat, ideo etiam inter litigantes Stratagemata forenſia in bona & juſta cauſa, ad vincendum adverſarium, adhiberi poſſe in dubium erit. Lites enim nihil aliud ſunt, quam prælium civile, ut ſupra etiam demonſtratum, vel ſecundum verba *Goſhofred. ad L. 14. C. de advoc. diverſ. jud.* nihil tam ſimile eſt bello, quam lis & judicium, & ideo quaë in bello ſagato juſta ſunt, & hic in rogato non injuſta erunt. Sicuti enim aliaë Diſciplinæ & artes habent ſua *neguſia* & commenta, Diſtictici ſua *σφιſματα* & elenchos; Rhetores ſuos colores, fucos & tropoſ. *Clapm. 1. arc. pol. 2.* Duces militares commenta belli *Liv. lib. 4.* vel furta militaria, Mercatores & alii contrahentes ſuas circumventiones. *L. 16. §. 4. de Minor. L. 22. §. 3. Locat.* quaë Jctus naturaliter licitas eſſe dicit, *d. L. 16. §. 4. ff. de min.* ita etiam in foro Advocati in arduis caſibus habent dolos, ſimulationes & Stratagemata licita ad juſ ſuum obrinendum. *L. 19. §. cum me 3. ff. de negot. geſt. Weſenb. Paſſi. C. de dol. mal. Mynſ. 3. obſ. 6.* vel perſonam tuendam. *L. 1. §. 2. & ſeq. ff. de dol. mal.* quaë Pomponius & Ulpianus remedia

día vocant *L. 1. ff. de iurejur.* Herenius Modestinus *eugethara* seu Eureka, de quibus librum singularem scripsit, ex quo desumta est *L. 58. solut. matrim. Cujac. 12. observ. 32. Calvin. in Lex voc. Eureka.* Prætiæ hæc aliquando cautelas nominant, item subtilitates & extraordinaria remedia juris, in quibus nervus, seu, ut Imperator loquitur, ambigua fata causarum *L. 14. C. de advoc. divers. jud.* consistunt, quibus neglectis causa ipsa facile amittitur. Sed ne justo diutius huic quæstioni præjudiciali inhaeream, ad definitionem seu potius descriptionem progredior, quam constituo talem, scilicet, quod Stratagemata juris sint callidæ quædam rationes sive subtilia Juris inventa, quibus quis jus suum aliqua sagacitate non solum defendit, sed etiam simul præter expectationem adversarium vincit *Brederod. in Epist. dedic. Tom. 1. cantel. præfix.* Sunt autem illa vel defensiva vel offensiva, utraque occurrant vel in contractibus, vel ultimis voluntatibus, vel Processu, vel causis Feudalibus.

SECTIO II.

De

Stratagematibus quorundam Contractuum.

Premissis præcedenti Sectione illis, quæ ad Stratagematum justitiam, definitionem & divisionem spectant, iam in specie de Stratagematibus illis, quæ in quibusdam contradictibus tam offensive quam defensiva locum habent, erit dicendum.

Conclusio I.

Elegans offensivum Stratagma est, quod Dd. ostendunt Creditori, quo suum Debitorem ut debitum confiteatur, convincat, scilicet, ut ad illam det literas, quibus significet, se iam scire

scire, quod summam illam debeat, & ob id eum venire rogare, ut solvat, quas literas si recipiat, & legat debitor, nec pro-
tettetur, se nihil debere, debitum fateri creditur. *L. si filius. 16. ff. ad Sci. Maced. Menoch. lib. 2. d. 1. Q. cas. 21. n. 3. Mascard. de probat. conclus. 151.* sic etiam recipiens rationes & retinens ac tacens videtur obligationem agnoscere. *Mev. part. 3. dec. 65. & rationes, intra decennium oblatae, nec intra tantum temporis spatium improbatæ, solutionem probant. Mev. part. 1. dec. 79.*

Conclusio II.

Quando in gravi tempestate iacta est cista, de contentis in arca nihil constat, tunc secundum ius Avariae illa arca in censum communium bonorum eatenus tantum venit, quatenus extrinsecum tantum apparet *artic. 40. jur. marit. Wersbii §. Weizius tract. de avaria. cap. 7. §. 4. Locen. de jur. marit. lib. 2. cap. 8. §. 9. Marquard. de jur. mercat. ne autem ille, qui gemmas, aurum, argentum cistis inclusas in navi reposuit, hoc praedicto modo enormissime laedatur, pro ipso hoc Stratagemata est, ut mature Magistro navis, antequam naufragii periculum extet, hoc indicet, quo postea, si naufragium existat, rerum istarum ratio secundum verum pretium in contributione habeatur, & res secundum externum aspectum non aestimentur. *Marquard. d. l. num. 29.**

Conclusio III.

Cum incendium praesumatur culpa inhabitantium esse exortum per *L. 3. §. 1. ff. de offi. Praef. vig* Judex ex hac praesumptione contra inhabitatorem inquirere potest, eumque urgere, ut authorem incendii nominet, ne autem inhabitator, conductor vel Paterfamilias ita praesumptive teneatur, Stratagemata pro eo est, ut probet, se pervigilem & in domo diligentem fuisse, temporeque noctis consuevisse admonere servos, ut ignem diligenter custodiant. *Sando lib. 8. tit. 6. dec. 9. Azem. lib. 2. d. 1. Q. cas. 309. n. 17.*

Conclusio IV.

Putant quidam Dd. optimum Stratagema esse pro venditoribus rerum immobilium v. gr. ædificiorum, ut sibi dominium rei venditæ tam diu reservent, usque tum ipsis integrum pretium fuerit solutum. Ast nobis admodum periculosum videtur hoc Stratagema, quia tunc etiam periculum rei venditæ est venditoris. *Carpz. 1. resp. 108.* res enim perit suo Domino. *L. 6. § 9. C. de pign. act.* cautius igitur agunt eiusmodi venditores, ut sibi tantum hypothecam in re vendita reservent, quæ si postea perit, habent venditores contra emptores nihilominus actionem personalem.

Conclusio V.

Vt emptor castrorum vel prædiorum plane tutus sit de evictione, pro ipso hoc Stratagema est, ut publicis Edictis in locis prædio vel castro vicinis euret citari omnes, qui sua interesse & ibi loci aliquid iuris habere putaverint, sub comminatione perpetui silentii. *Gail. lib. 1. obs. 57.* Vtrum vero emptor invito venditore possit a iudice citationem edictalem contra quoscunque, qui sua interesse putaverint, sub pœna perpetui silentii petere, item de forma citandi. *vid. Boer. decis. 255. n. 9. Gail. d. 1.*

Conclusio VI.

Debitor, qui bonis cessit, non statim in totum liberatur ab obligatione & debito *arg. L. 7. C. qui bon. ced. poss.* sed si postea ad pinguorem fortunam pervenerit, in tantum, quantum facere potest, convenitur *§. fin. Instit. de act. L. 4. § 7. ff. de cess. bon.* Eodem jure habetur eius uxor, quæ propter communionem bonorum, si prolem habuit cum marito, ex ipsius ære alieno durante societate coniugali contracto tenetur, adeo, ut etiam quod ex hereditate suorum parentum, vel aliunde quovis titulo ipsi obvenit, creditoribus mariti in solutum cedere teneatur, cum simplex cessio non sit modus tollendæ obligationis. *L. 1. ff. qui bon. ced. poss. Brunn. in tract. de cess. bon. quest. 19. pr. n. 1. Guid. Pap. decis. 343. § conf. 124. n. 4.* Ne autem hoc modo mulieres damnatum sentiant, pro ipsis

ipsis hoc Straragema est: ut sibi in pactis dotalibus omnia illa bona, quæ ex hæreditate suorum, vel aliunde quovis titulo obvenerint, tanquam receptitia referrent, hoc enim casu non tenentur uxores mercatoris cedentis creditoribus ex istis bonis satisfacere, cum non facta sint communia, ex quibus tantum æs alienum durante societate contractum est solvendum, nisi statuto vel consuetudine aliud introductum esse probetur.

Conclusio VII.

In plerisque civitatibus Germaniæ usitatum est, ut migrantes ex civitatibus vel demortuorum civium bona efferre volentes in redhostimentum defensionis & tributorum certum quid visco (quod genus vectigalis der Abschoss/ die Nachsteuer appellatur) solvere teneantur *Dn. Mew. ad Jus Lubec. part. 2. tit. 2. art. 4. n. 11.* quod interdum Decima, interdum, Quarta, nonnullibi Tertia pars est. *Rauchbar. art. 1. quest. 15. n. 1.* Ut autem quis hanc deductionem declinet, primum Straragema est: Ut hæres, legatarius vel alius, cui hereditas, legatum, vel simile quoddam obvenit, hereditatem non dividat, nec portionem sibi debitam alio transferat, sed ibi relinquat, & quotannis fructus & redditus inde percipiat. *Berlich part. 3. concl. 52. n. 89.* Secundum: ut Legatarius, si confidit de herede, renunciaret legato vel curet apocham privatam super debito legati fieri. *Berlich. d. l. n. 91. Dn. Card. Tusch. Tom. 4. pract. concl. lit. G. concl. 20. n. 1. §. 2.* Tertium ut defunctus extraneo aliquid non titulo hereditatis vel legati vel fideicommissi, sed titulo mortis causa donationis relinquat, nam in mortis causa donatis jus deductionis non habet locum.

B nisi

nisi etiam in statuto cautum sit, ut etiam de contracti-
bus & qualibet exportatione bonorum gabella solvatur-
uti prolixè demonstrat alleg. Berlich. n. 58. 59. 60.

Concl. IIX.

Quando Mater transit ad secunda vota, & filiis su-
is pupillis non petit Tutores, nec rationes administra-
tæ tutelæ reddit & reliqua restituit, bona secundi matris
f. Vitrici pupillis pro reddenda administratione tutelæ
tacite sunt hypothecata, L. pen. C. quibus caus. pign.
tac. contrab. Neguz. de pign. mem. 4. p. 2. n. 156. ideo strata-
tagema est, ut ille, qui contrahit matrimonium cum
vidua, curet reddi ab illa rationem & cum restitutione
reliquorum refutari tutelam, Berlich. part. 1. concl. 67. n.
83. Gail. 2. obs. 90. n. 2.

Conclusio IX.

Quando mercatores inter se societatem iniverunt,
tunc socius socio rationes reddere tenetur, ubi vero,
stante statuto quod mercator rationem adhuc intrica-
tam justo tempore reddere teneatur sub certa pœna, id
præstare non potest. Dd. Itali ei soppendunt hoc strata-
tagema, ut scilicet in folle (ur loquuntur Callistratus in L.
82. de condit. & demansr. Ahecat. de V. S. n. 4. Escobar. de
ratiocin. administ. c. 10. n. 48. & 49.) h. e. inexplicite & con-
fuse offerat rationem & calculo subducto se unius tan-
tum nummi debitorem remanere profiteatur, eumque
nummum illico solvat, simulque ad fidejussorem dan-
dum se paratum ostendat in eventum, si apparuerit de-
bitor in majori summa. Bald. conf. 353. vol. 3. Marquard.
de jur. Merc. lib. 2. cap. 11. n. 32. 33.

Con-

Conclusio X.

Ex concubina natis & per subsequens matrimonium legitimatis sæpius controversia moveri solet, an omnibus juribus legitime natorum frui possint ac debeant, & præprimis si extat statutum, quod in collegia opificum nemo, nisi legitime natus, recipiendus sit, vel daß allein diejenigen/ so aus einem rechten ehrliehen Ehe-Bette geböhren/ sollen in die Zunft recipiret werden; ex concubina natis & legitimatis receptio in collegium quandoque denegatur. Verum ut omnem litigii causam tollant, hoc Stratagema pro illis suppeditatur, ut scilicet curent sibi dari testimonia natalitia Geburts-Brieff/ quod ex thoro legitimo & parentibus honestis nati sunt, daß sie von ehrliehen frommen Eltern und aus einem recht ehrliehen ohnbefleckten/ ehretadelsten Ehe-Bette herkommen und geböhren. Nec potest Magistratus per subsequens matrimonium legitimatis ejusmodi literas natalitias denegare, prout præjudicii demonstrat *Carpzov. part. 2. cons. 6. def. 15. an fin. Richter. part. 2. dec. 80. n. 15.*

Conclusio XI.

Vt honorarii tutores adversus pupillorum actiones sint securi, si forte per ordinarios in rebus pupillaribus damnum aliquod datum est, nec hi solvendo sint, ut damnum datum resarcire queant, hoc Stratagema ipsis subministratur, ut monendo sedulo insistent apud ordinarios eosque horrentur, ut in rebus, pupilli administrandis, eam adhibeant diligentiam, quam diligens Paterfamilias rebus suis ex bona fide præbere solet *L. 10. l. 13 §. 1. l. 33. pr. ff. de admin. tut. L. 2. vers. si. per dolum C. de divid. tut.*

Conclusio XII.

Filiæ, quæ amplissimam dorem a patre accipit, ut a conferendi necessitate se liberet, hoc consilium datur, ut dote contenta a patris hereditate abstineat, eidemque renunciet, quo casu fratribus & sororibus suis nihil de dote communicare tenetur. *L. ult. ff. de dot. collat. ibid. Brun. & ad L. 10. C. de collat. Cbrist. vol. 4. decis. 2. n. 4.* etiamsi reliqui liberi ex hereditate tantundem consequi haud possint. *Schepfitz. ad consuet. March. p. 3. tit. 3. §. 13. n. 28. seqq.*

Conclusio XIII.

Sumptibus studiorum collationi non esse obnoxios, communis est *Dd.* sententia; præsumitur enim Pater donandi animo eos subministrare. Ne autem filiabus inde quid decedat, Stratagema hoc pro Patre filiabus consulere volente traditum reperitur, ut protestetur se non donandi animo suppeditare voluisse, vel ut in librum rationum, in quibus alia sua credita consignata habet, referat, ex ista enim relatione præsumptio libertatis tollitur & donandi animus eliditur.

Conclusio XIV.

Ex intercessione non obligari mulierem nisi *SCto Vellejano* & *Auth.* si qua mulier *C. de SC. Vellei* prævia certificatione renunciaverit, plus quam manifestum est. Verum cum renunciationes mulierem variis ex causis soleant impugnari iisque opponi; quod vel non legitime facta sit renunciatio, vel non legitima præcesserit certioratio. Vnde creditores mulierum intercessionem admittentes sæpius defraudantur. Traditur autem

teatur extranei loco. *L. si cum emptor, in pr. ff. de pact. l. 2. §. cum quis debito ff. de hered. vel act. vend. ideo in causa sic translata testimonium dicere potest. Oldendorp. class. 3. act. 2. cum Dd. ibi allegat.* horumque duorum testimonium depositio tantam potest habere vim, ut juramento suppletorio locus esse queat. Duo enim testes minus idonei semiplenam faciunt probationem & ad deferendum juramentum suppletorium judicem movere possunt. *Dn. Mev. p. 3. dec. 402. n. 2.*

SECTIO III.

De

Stratagematibus ultimarum voluntatum.

Recensitis quorundam contractuum Stratagematibus, jam sequuntur ea, quæ sunt ultimarum voluntatum.

Conclusio 1.

De jure civili regulariter Pater spurio suo nihil potest donare vel testamento relinquere, *Autb. ex complexu. C. de incest. nupt. Gail. lib. 2. obs. 88. n. 1.* quod secundum *aleg. Gail.* adeo verum est, ut etiam statutum, quod in contrarium factum, non valeat; Tradunt autem Dd. quædam Stratagemata, quorum auxilio Patres spuris in ultima voluntate aliquid relinquere possint, quorum (1) est, ut cum Pater filium spurium alere debeat *per text. singul. in cap. cum haberet. in fin. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulter. Paleott. de spur.*

6

Et notb. c. 49. nuu. 3. lit. l. Pater spurii tantum relin-
quat, quantum ad alimenta sufficit, hoc modo: Relin-
quo spurio meo fundum in vita sua pro alimentis, &
post mortem ipsius filius, quibus potest relinqui pro eo-
rum alimentis *L. fin. C. de nat. liber. & ita quoque sen-
tit Palcott. de tract. cap. 45. n. 8.* quod tamen procedere
dicit, si hæc alimenta legitimum non excedant modum,
sed talia sint, qualia boni viri arbitratu esse debent, uti
tradit *Menoch. de d. 1. l. 2. lib. 2. cas. 182. n. 33.* deinde ob-
tinet, quando spuri non habent, unde se alant, secus,
aliunde alimenta habent, *per text. in L. si quis a liberis.
S. si filius. ff. de lib. agn.* (2) Si sint foeminae spuriae, Pa-
ter alimentorum loco dotem eodem modo legare po-
test. *Bart. arg. L. cum post. S. gener. ff. de jur. dot.* idem-
que tradit *ind. Auth. ex complexu C. de inc. nupt.* modo
dos illa non sit in officiosa aut illegitima, quia tunc fraus
forte præsumeretur, *Bart. in alleg. L. si genere. & profe-
cto dos congrua erit secundum Patris qualitatem & fa-
cultatem, ut tradit Dec. conf. 611. n. 8.* quod autem tan-
tum procedit, si filia non habeat, unde se dotare possit,
ad instar ejus quod de alimentis dictum est. *Peregr. de
jur. fisc. tit. 18. n. 70.* (3) Si Pater a Principe petit fa-
cultatem, aliquid spurii relinquendi, & Princeps in Re-
scripto dicit, non obstante contraria lege, sive Authen-
ticorum constitutione *arg. l. si quis in principio testamen-
ti pr. ff. de leg. 3.* (4) Si pater procurat, ut Principis
rescripto in legitimorum numerum cooptentur, nam
eo etiam casu legitimorum instar & una cum vere le-
gitimis ab intestato Patri succedunt. *Palcott. in d. 21. c.
45. n. 13.*

Conclusio II.

Pater debet filium, quem in potestate habet, vel hæredem instituere, vel illum nominatim ex causis in *Nov. us cap. 3.* expressis exhæredare. *L. 30. de lib. & postb.* si autem filius est prodigus vel multo ære alieno obrutus, ita, ut Patri mendum, ne bona post mortem Patris illi obventura dissipet, aut illi a creditoribus portio hæreditaria auferatur, ita ut postmodum ejus nepotes in paupertate vitam degere cogantur, non potest Pater quidem ob has causas secundum *alleg. Nov.* filium exhæredare, sed tamén huic malo alio Stratagemate prævenire concreditur, nempe potest Pater præterire filium prodigum, & ejus liberos sive nepotes instituere, filio autem aliquid nomine alimentorum legare. *L. 16. §. 2. ff. de curat. furios. L. 25. C. de inoff. testam. L. 12. §. 2. ff. de bon. libert. & L. 47. inpr. ff. eod. L. 16. C. de bon. possess. contr. tab.* Sic etiam Pater, videns, filium non esse industrium, eum ad certum tempus exhæredare potest. *Mench. lib. 4. præsumt. 28.* vel pater potest instituere extraneum, ut filio aliquando restituat hereditatem. *Mascard. de probat. conclus. 715.* sic mater, si habet maritum prodigum, instituere potest filium, si sui juris factus fuerit *Richt. dec. 21. n. 48. & seq. Carpz. part. 3. const. 9. def. 11.* Et hæc exhæredatio vel præteritio fit non in odium, sed beneficium filii. *Jul. Clar. §. testamentum qu. 41. n. 7. Grass. §. testamentum, qu. 42.* multi enim non malæ notæ exhæredant filios, nec ut eis obsint, sed ut eis consulant, v. gr. Impuberibus) iisque fideicommissariam hæreditatem dant. *L. 18. ff. de lib. & posthum. Manz. de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 10. qu. 1. n. 26. & qu. 13. n. 1.*

Conclusio

Conclusio III.

Quando uxor a marito suo valde urgetur, ut ex-
asse eum hæredem instituat, tunc ut ipsum placidum &
benevolum retineat, pro uxore hoc Stratagema est, ut
duo testamenta diverſi tenoris, eodem tempore faciat,
& illud, quod pro eo est, postea dilaceret, alterum ve-
ro retineat, vel ut utrumque asservet, tunc enim hære-
ditas inter utriusque testamenti hæredes æquis partibus
dividitur per *L. 1. S. 6. ff. de bon. possess. secundum tab. li-*
cer regulariter nemo paganus pro parte testatus, & pro
parte intestatus decedere debeat, consule Manz. in decad.
4. dec. quest. 31. ubi lepidum certamen de hac contro-
versia enarrat.

Conclusio IV.

Vsufuctuarius omnium bonorum non tenetur
ad solutionem æris alieni & legatorum, sed hæres insti-
tutus, a quo onera hereditaria & legata sunt solvenda.
L. 1. C. si cert. petat. Gail. lib. 2. obs. 146. Cum autem
usufuctuarius propria autoritate possessionem capere
nequeat, nisi hæres sit institutus post mortem usufu-
ctuarii, ideo Stratagema pro hærede est, quod antequam
usufuctuario bona hæreditaria tradat, imprimis æs ali-
enum deducat, distrahendo etiam bona immobilia, si
aliunde debita solvi non possint, postea residuum, quod
ære alieno deducto & solutis legatis superest, usufu-
ctuario utendum fruendumque tradat, ut utriusque par-
tis incommodum, ut hæres in proprietate: usufuctua-
rius in solo usufuctu sentiat & habeat decrementum,
& jus suum diminutum.

Conclusio V.

Substitutio pupillaris evanescit, si pupillus adole-
scit,

C

scit, & nihil substitutus consequitur, nisi pupillus ante
pubertatem moriatur, hinc ut substitutioni locus fiat, &
illi, qui sunt substituti, hæreditatem & prædam conse-
quantur, solent aliquando pupillis insidias struere, &
ante pubertatis annos e medio tollere, sed Imperator
huic malo bene occurrit, & elegans Stratagema ad sub-
terfugiendas insidias præscribit, dum *in §. 3. Inst. de pup-*
subst. ait: si quis ita formidulosus sit, ut timeat, ne fili-
us suus pupillus adhuc ex eo, quod palam substitutum
acceperit, post obitum ejus (substituentis) periculo in-
fidiarum subjaceat: vulgarem quidem substitutionem
palam facere, & in primis testamenti partibus ordinare
potest. Pupillarem autem substitutionem potest separ-
atim secreto scribere in inferioribus testamenti parti-
bus & eam lino proprio propriaque cera consignare
(ut ultima pars membranæ, in qua substitutio pupilla-
ris scripta est, complicitur, atque ita membrana com-
plicata, seu duplicata, trajecto filio constringatur, & si-
gillis obfignetur. *Wesemb. hic*) & in priori parte testa-
menti cavere & prohibere, ne inferiores tabulæ, vivo
filio & adhuc impubere, aperiantur, inspiciantur, vel res-
gignentur, nam tunc, ut ait Theophilus, neque vivo Pa-
tre ei quisquam insidiatur, propterea, quod testamen-
tum adhuc clausum sit, neque a morte Patris, quia ro-
ta substitutionis pupillaris ratio ignoratur, etsi enim pu-
bliceur testamentum & aperiatur, ima tamen pars &
ima cera clausa manet, & nemo certus est, utrum ipse,
an vero alius pupillariter sit substitutus. & tale testamen-
tum mysticum seu arcanum vocatur *L. 21. C. de testam.*

Co-
-obis nulliqui a - iolens - nulliqui obisidit?

Co-
-obis

Conclusio VI.

Meretrix etiam de quaeritis ex meretricio quaestu non prohibetur facere testamentum. *Cyn. in l. meretricem. Et Bal. in l. i. C. de condict. ob turb. caus.* Sed si consanguine vel ne sibi prospicere, ut meretrix testamentum facere non possit, sed ipsi ab intestato hæreditatem capere queant, Stratagema est, ut consanguinei curent meretrici bonis interdici, quod fieri posse evincit. *l. S. mulieri ubi gl. ff. de curat. furios.* Idem quoque remedium ad obtinendam hæreditatem prodigi adhiberi potest. *Johann. Delictus de arte Test. tit. i. cant. 12.*

Conclusio VII.

Ut maritus, stante statuto, quo uxori, ultra certam summam, aliquid relinquere prohibetur, bene merenti conjugi, ultra quantitatem permissam, pro lubitu dare & legare valeat, in tempus, quo vidua erit, Stratagema est, ut uxori donet per viam donationis mortis causa. Statutum enim prohibens relinquere vel legare, non habet locum in donatione mortis causa. *Bart. Et gl. in l. i. in fin. ff. de don. cau. mort.* Secundum Stratagema est, ut vir legat uxori de consensu hæredis, nam potest quis renunciare juri & favori suo. *Dilect. d. l.*

Conclusio VIII.

Testes ad testamenti solennitatem rogandi sunt i. heredes. *palam. §. in testamentis. ff. de testa.* Sed ut omisso rogationis testium non viciet testamentum, Stratagema est, ut in testamento inseratur clausula codicillaris. Valent enim codicilli facti coram testibus non rogatis. *l. fin. in fin. C. de codicil.*

Conclusio IX.

Filius non tenetur solvere debita patris, si hæreditati

tati paternæ se non immiscuerit, quia beneficio Prætoris abstinere potest ab hæreditate, & ita in eum actio non dabitur. *l. necessariis. ff. de acqu. hered. l. 1. c. ne fil. pro pat.* Sed in quibusdam locis statuta disponunt, quod filii, quamvis non sint hæredes patrum, teneantur solvere pro patribus, ne bona fama parentum pereat. Si ergo Pater solvendo non sit, & vereatur, ne filii, pro debitis eo contractis, ex lege municipali molestiam patiantur, & velit filios a necessitate solutionis eximere, remedium est, ut filios exhæredet, & propter exhæredationem, filii a paternis creditoribus conveniri non poterunt, quia exhæredati pro mortuis sunt habendi. *L. 1. §. si pater. ff. de con. cum eman. lib.*

Conclusio X.

Exhæredationis causa non solum a patre testamento exprimi, sed etiam probari debet ab hærede, quod sit legitima. Ne autem postea quod hæres ingratitude probare non possit, quia forte testes mortui fuerint, qui de ingratitude filii testimonium dare poterant, testamentum irritum fiat, remedium est, ut pater vivus, & intolerabili injuria affectus, curet examinari testes super causis ingratitude, in perpetuam rei memoriam, filio citato, & probata ita ingratitude, filius non potest impugnare testamentum. *Job. Dilct. de art. test. caut. 12.*

Conclusio XI.

Deportati & proscripi nullam habent testamenti factionem, ideoque nec aliis quicquam relinquere ipsi possunt, nec eis relinqui testamento potest. Sed si quis velit his incapacibus relinquere, Stratagema est, quod alius hæres, qui habet testamenti factionem, instituat, & rogetur hæreditatem hujusmodi restituere, cum redierint

dierint in gratiam & restituti fuerint. *l. in tempus. ff. de hered. inst. Manz. ad §. 1. J. de fideicommiss. hered.*

Conclusio XII.

Vxor non potest de bonis suis relinquere secundo viro, ultra quam relinquit uni ex liberis, ex primo matrimonio genitis. *l. hac edictali. C. de secund. nupt. & ibi Dd.* Ideo non valet legatum, quatenus uxor plus legat secundo conjug. *Job. Dilect. in cit. tractat. tit. caut. 66.* Sed si uxor habeat filios, etiam ex secundo matrimonio, remedium est, quod relinquat filiis secundi matrimonii, & non patri. Nam potest mulier plus relinquere filiis ex secundo viro procreatis *§. pen. in autb. de nupt. quam exprimo natis.*

SECTIO IV.

De

Stratagematibus Judiciorum seu
Processus.

Ordinis ratio postulat, in Stratagemata Processus tam Civilis quam Criminalis subnectam. Vtriusque exempla sunt sequentia:

Conclusio I.

Secundum Ordinationes judiciorum & Jus civile regulariter neque aetori, neque reo primæ instantiæ beneficium potest adimi, & si de facto fiat, ut inferior Judex, cujus cognitio præcedere debet, prætereatur, pars illa, quæ læditur, de eo excipere & primæ instantiæ beneficium opponere potest. *Hellig. ad Donell. lib. 17. cap. 9. tit. B. Dn. Nev. ad Jus Lubec. lib. 5. tit. 3. art. 6. n. 7.*

C 3

Qui

Qui enim novit quod in prima instantia habeat judicem suspectum, coram quo litigare periculosum est. *e. s. X. de except. recufare eum tenetur, & est quodammodo naturale suspectorum Judicum, insidias declinare, inimicorumque judicium effugere. c. quod suspecti. c. 3. qu. 5.* Pro declinando suspecti Judicis foro Stratagematum varia sunt genera: inter cætera tamen eminet illud, quod vulgo vocatur juramentum perhorrescentiæ, quod habetur *in cap. ii. de rescript. in 6.* & est optimum remedium fori declinatorium, quando judex superior, pro admissione ad juramentum, hoc perhorrescentiæ inferioris declinandi gratia imploratur & causa ad superiorem subsidialiter deferitur. Est autem nihil aliud, quam asseveratio religiosa, qua Judex inferior ex metu ob locum non totum, vel quod quis non sperat se justitiam, ob potentiam adversarii, aliasque causas æque & incommode apud eundem consecuturum ejuratur. Illud autem juramentum præstari solet apud superiorem, uti etiam juramentum præstari solet apud superiorem, uti etiam juramentum & non frivole appellando. *De hac materia vid. plura in Disp. Philippi Ernesti Schefferi de juram. perborr.* Datur autem hoc remedium non nisi illi, qui agere non vult. Reus isto non indiget, qui conventus coram Judice, a quo timet, exceptione suspecti Judicis utitur & juvatur. Neque ad illud recurendum, quamdiu alio remedio jus petendi est prospectum. Est enim extraordinarium remedium, cui, non nisi deficiente ordinario, locus esse potest. *l. 73. ff. de minor.* Deinde necesse est, ut probabiles & rationabiles afferantur causæ, quæ Judicem, quem præterire cupit, suspectum facere possunt. His deficientibus

bus juramentum perhorrescentiæ non habet locum, si-
cuti nec post judicium, coram inferiore jam captum,
prout eleganter ostendit. *Dn. Mev. p. 6. dec. 71.*

Conclusio II.

Qui accusatus est de homicidio, adulterio, vel simi-
li delicto pœnam sanguinis inferente, & extra carcerem
atque in fuga constitutus, a judice illius loci sub anno-
tatione honorum citatur, & si deinde post trinam ci-
tationem non compareat, bona ejus annotantur, no-
men ejus inter facinorosos scribitur & postea ulterius
persequitur. *L. 1. ff. § 2. C. de requir. vel absent. dam.*
vel bannifatur, wird Vogelfrey gemacht. *art. const. Ca-*
rol. 206. Si autem reus, in citato loco, propter insidias
amicorum, trucidari non possit comparere & innocen-
tiam probare, pro ipso hoc Stratagema est: ut salvum
conductum Germ. *Eicher Geleit von und zum rech-*
ten und für unrechter Gewalt / contra vim scil. inju-
stam vel injuriam, quæ de facto ipsi per judicis captu-
ram aut partem adversam inferri poterit, perat, simul-
que exceptionem loci non ruti acculantibus opponat.
Salvus autem conductus omnino est concedendus, si
ex verisimilibus indiciis, prævia inquisitione constet,
quod dolose non perpetraverit delictum, vel quod ejus
defensio sit justa, vel adhuc incertum sit, an reus sit,
aut probabilem exceptionem prætendat. *Dn. Mev. ad*
Jus Lub. lib. 1. tit. 1. art. 11. n. 28. Quoniam autem in
salvo conductu sæpe parum tuta fides est, *Carl. lib. 1. obs.*
52. n. 5. ideo sequentia Stratagemata adhuc ab accusato
sunt observanda, ut secure illo uti possit, ex quibus pri-
mum est, ut si dantur literæ salvi conductus a Judice,
qui subest superiori, iis non fidat, quia non satis securus
per

per hunc reddi potest. Ersi enim quilibet Senatus, Populus vel Civitas, etiam recognoscens superiorem, si modo habeat potestatem ardua explicandi, i. e. si mero mixtoque imperio gaudeat, saluum conductum concedere possit. *Meb. d. l. n. 53.* turius tamen est a superiore saluum conductum petere. *Coler. de process. execut. cap. 1. n. 214.* Si autem citatus a superiore saluum conductum consequi nequit, in termino mittat excusatorem vel procuratorem Judici, & per hunc absentiae causas alleget, locique non tui & denegati vel nondum impetrati salvi conductus exceptionem opponat. *Gail. lib. 1. obs. 52. n. 7.* Et tenetur hoc casu Judex ad alium locum, ad quem citatus sine periculo pervenire, indeque vicissim cum securitate recedere possit, iudicium transferre, aut si nolit hoc facere, debet iudicium eo usque differre, donec literæ salvi conductus impetrentur. Et si, non attentis his exceptionibus, in causa principali processus erit nullus, sicuti exemplum relatum a *Gail. d. l.* hoc demonstrat. Secundum, ut illa securitas non solum extendatur ad ipsum locum Tribunalis, sed etiam ad omnes pagos, oppida, semitas & oras, quæ ad locum iudicii tendunt. *Gleser. in tr. de salu. cond. memb. 1. n. 15.* cum non dicatur esse securus, nisi etiam in aliis locis tutus præsteretur. *Felin. ad c. 4. ut lite non contr.* ubi disponitur, etiam eum esse plene assicuratum, cum de insidiis & oppressione superioris, per cuius provinciam comiteaturus est, sollicitus esse cogatur, & securitas veniendi includit etiam securitatem recedendi. *Sichard. ad Auth. Habita. C. ne si. l. pro patr. n. 10.* tum quia id menti recipientis convenit, quæ maxime attendenda est *Moderst. Pisl. caus. 49. n. 53. vol. 2.* tum ex juris interpretatione,

one, quæ eundi jure, jus redeundi complecti vult *L. 3. ff. de sepulch. viol.* tum quod alias supervacua futura esset concessio & sine effectu, tum quia contra *L. 3. §. 3. ff. commod.* beneficio deciperetur, qui neque directe neque per indirectum vexari debet. *Magn. Dn. Mev. d. l. n. 80.* Tertium, ne fidat citatus securitati in membrana vel papyro contentæ, sive sit inferior, sive superior, si forte eam concedens sit capitalis inimicus aut semel datam fidem violaverit, ne dum perfide agere solitus sit, *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 46. n. 73. Oldenkop. de tr. tit. 4. n. 10.* Quartum est, ut curet, ne detur salvus conductus ex abrupto, sed cum causæ cognitione & consensu eorum, quorum interest. *Mev. d. l. n. 113.* alioquin non erit tutus: publicæ enim pacis confessio instar cautionis de non offendendo causæ cognitionem desiderat. *Herculan. in tr. d. caut. non offend. c. 3. n. 6* Causæ autem cognitio citationem partium requiret. *L. 1. §. causa enim cognita ff. de minor.* Quintum, ut accurate consideret tenorem literarum securitatis, si enim hæc est generalis nec determinata ad certum tempus, tunc ad primum saltem terminum restringitur, v. gr. daß Beslagter N. erscheine/ Gegeners Klage anzuhören/ und wider ihn seine Gegen Nothdurfft einzubringen/ darzu ihm dann wir hiemit ein frey sicher Geleit zur Rechten und für ungerechter Gewalt geben. Vel: Wir geben dir zu Ausführung deiner Unschuld ein Geleit. *Gleser. d. tr. n. 106.* quo finito si accusatus vel inquisitus diutius fuit moratus, aut alio tempore salvo conductu non revocato reversus, in carcerem potest dejici. Sit itaque accusatus cautus, ut salvum conductum ad totam in stantiam & causam, & si hoc obtinere nequit, definiti temporis

D

poris extensionem, vel eo præterlapso securitatis renovationem impetret. *Mev. d. l. n. 71.* Sextum, ut accusatur actiones suas in loco iudicii, & per quæ transit ita, gubernet omnes, ne quicquam contra Iudicem vel partem adversam, vel quemcunque alium committat verbis aut factis, ut violentiæ aut fractionis pacis merito possit incusari, nam alioquin salvus conductus ipsi licite non servatur, per vulgatum illud: Frangent fidem, fides frangatur eidem. *L. 21. C. de pact. & frustra fidem servari postulat, qui ipse fidem servare recusat c. 75. de R. J. in 610.* unde clausula hæc literis salvi conductus inferi solet. Wir geben dir Geleit zu Recht und für ungerechter Gewalt/ doch also/ daß du dich hinwieder geleitlich verhältest. *Græv. conck. 52. in coroll. n. 7. lib. 1. Mev. d. l. in fin.* ubi fusius hanc clausulam explicat. Septimo, salvus conductus accusato solet concedi sub hac clausula: So lange bis etwas Peinliches wider ihn oder sie erkannt wird. *Gleser. d. l. n. 115. i. e. donec* Iudex vel pœna capitali, aut alia corporis afflictiva eum afficiendum aut torquendum pronunciaverit. Jam si pronunciatur reum quæstioni subjiciendum, Iudex utique eum carceri committere potest, quo casu pro Reo Stratagemata est, ut Leutationem vel appellationem interponat, si sententia ista, quæ vires iudicati non est consecrata, non obstabit, quo minus sub datæ securitatis, quæ etiam appellatione pendente est servanda. *Oldenkop. d. l. n. 21.* dimitti debeat, sententia enim per appellationem vel leutationem suspensalis adhuc pendere dicitur. *Lancellot. de attent. part. 2. c. 4. n. 244.* Octavum est, si citatus timet sibi præter illud, cujus causa iudicium vocatus est ob alia delicta impetrata & propterea

pterea se forte retentum iri, hoc Stratagemate utatur,
ut impetret saluum conductum generaliter pro omni-
bus delictis, qui tam pro delictis manifestis, pro quibus
condemnatus est, quam aliis est servandus. *Menoch. de*
A. K. Q. cas. 36. n. 8. Oldenkop. d. l. n. 23. Novum, si
qui ex causa fractæ pacis publicæ meritis sit pœnam
banni imperialis, prospicere sibi debet omnino de con-
sensu læsi sive offensi, nam sine eo securitas sive salvus
conductus ab Imperatore dari non potest, & si conces-
sus fuerit, est nullus, nec delinquenti quicquam patro-
cinatur. *Const. de pac. publ. tenenda Anno 1500. sub rubr.*
Die Frieden brechen/ sollen kein Geleit haben. Olden-
kop. d. l. n. 5.

Conclusio III.

Actoris plurimum interest, ut ipsius Advocatus suam
actionem in libello rite proponat, & competentem actionem
eligat, qui enim nescit actionem, is etiam non intelligit jus,
quod persequi vult in iudicio, imo nihil agit in agendo &
quasi laterem lavat in obtinenda clientis sui causa, quia non
tenet formam, multo minus actionis exitum aut finem. *teste*
Job. Oldend. in arg. oper. class. §. 1. Si enim competens actio
non est proposita (cujus nomen tamen hodie non necessario
debet exprimi. *Carpz. part. 1. const. 2. def. 13.*) & libellus rite
formatus a Judice ex officio rejici potest. *c. examinata. Extr.*
de jud. Quando igitur Advocatus non est certus de actio-
ne co&petente vel conclusione congrua propter dubium for-
te facti vel juris, Stratagema est, ut modum dum factum
ipsum, ut gestum diligenter & apposita narret, & loco con-
clusionis hanc clausulam simpliciter adjiciat: super quibus
omnibus & singulis peto jus & justitiam mihi administrari
omni meliori modo & forma, qua de jure fieri potest & de-
bet. *Rusbach. impr. civili tit. 35. n. 13.* Virtute enim hujus clau-
sulæ sepe in Camera super non expresse petitis pronuncia-
tum

tum fuisse, testatur *Gail. lib. 1. obs. 61. n. 11. & 12.* quia Judex per hanc clausulam censetur interpellatus, ita ut officium suum impartiri possit & supplere. *Rosbach. d. l. Fultej. vol. 1. Consil. Marburg. consil. 18. n. 18. & 28. Klock. voi. Camer. relati. 4. n. 103. relati. 8. n. 26.*

Conclusio IV.

Quando actor contra reum in judicio libellum alternativum (qui in certis casibus admittitur *Berlich. part. 1. concl. 12.*) item generalem & obscurum offert, Stratagema suppeditatur, ut reus (quomodo alias communiter fieri solet) non petat declarationem libelli, sed tantum dicat, se non teneri respondere: nam si diceret reus debere declarari, actor cito declaret, si vero dicat: non teneor respondere; non percipiet actor, ex qua causa agat, & si non declarat, succumbet. *22bb. in cap. ult. X. de libell. oblat. Specul. lib. 4. part. 1. tit. de libell. concept. §. ult. n. 10. Paul. de Cast. in L. edita. 2. C. de edent. n. 9.* ubi ille subjicit, quod Advocati ita malitiose procedentes reportent quidem gloriam in hoc mundo, sed in alio pœnam æternam. *Berlich. d. l. n. 42.*

Conclusio V.

Accusator vel ejus Advocatus cautus esse debet in formando libello in casu homicidii, scil. ut modo simpliciter dicat accusatum perpetrasse homicidium, nulla autem qualitate adjecta, *Joh. Andr. in c. 1. de homicid.* quod si hoc non observaverit & libellum accusatorium in casu homicidii (ut plerumque fieri assolet) conceperit qualitate hac adjectat: accusatum nimirum dolose, violenter & perfide defunctum occidisse, er habe ihn mörderlicher, gewaltsamer und hinterlistiger oder betrieglicher Weisß umgebracht, tunc pro accusato hoc est Stratagema: ut contestetur litem simpliciter negando libellata & narrata, prout ponuntur & narrantur esse vera, salvis juribus & defensionibus suis, suo loco & tempore
pro-

proponendis. Tunc enim accusator non homicidium solum, sed etiam omnes qualitates annexas debet probare, usque adeo, ut iis omnibus sufficientissime non probatis reus, ordinaria poena non puniatur, sed ab hac absolvatur, licet defensio a reo non fuerit probata. Et ita onus defensionem probandi reus declinat necessitate probationis contrariæ in accusatorem rejecta. *Felin. cap. ex parte. 2. Extr. de Rescript. n. 25.* qui enim in libello factum qualificatum proponit, ad utrumque probandum se atrinxisse censetur. *Gail. de pac. publ. lib. 1. c. 13. n. 3. 9. & 10.* imo regulare est, ut quis suum libellum cum omnibus qualitatibus in eo propositis prober. *Berlich. part 4. in d. coucl. 14. n. 3.* & generaliter Dd. concludunt, quod accusatus de crimine qualificato, si non constet de qualitate, debeat absolvi, etiamsi crimen fuerit probatum. *Myns. cent. 4. obs. 86. Gail. lib. 1. de pac. publ. dist. cap. 13. n. 7. Oldenkop. in observ. crim. part. tit. 2. obs. 37.* Prædicta tamen vera sunt, si reus simpliciter narrata & libellata negat, prout narratur & libellantur, secus siquidem factum confiteretur, negat autem se occidisse dolose, sed adhibito moderamine inculpatae tutelæ, tunc ei onus hoc probandi recte imponitur, ideoque inutilis contestatione cautus esse debet. *Berlich. d. l. n. 10.*

Conclusio VI.

Si morosi debitores nolint solvere, quod debent pupil-
lis, viduis & aliis miserabilibus personis, sed se studeant, ut cau-
sas ad ordinarium processum deferant, & ita immensis sumpti-
bus has personas fatigent ac per omnes instantias trahant, pro-
illis elegans hoc Stratagema est, ut illos ad Consistorium Prin-
cipis vocent, quod hæ personæ facere possunt. *per. L. un. C. quand. Imper. inter pupill. vid. Et. cognosc.* E contra autem hæ ab aliis statim ad supremum Tribunal vocari non possunt, ne quidem rescripto Principis *per d. l.* nec huic privilegio prædictæ personæ renunciare possunt. *Cassillo l. 3. contrrov. c. 25. n. 23.* & habet hoc privilegium quoque locum, etiamsi lis coram Judice jam sit contestata, ubi tamen advocatio conceditur. *Schor. ad ff. de judic. qu. 44.* Inter miserabiles autem perso-
nas

nas referuntur etiam omnes pauperes & debiles, & qui diutius
no morbo fatigantur. *Schor. d. l. qu. 41.*

Conclusio VII.

Maritus uxorem accusare potest adulterii vel criminali-
ter vel civiliter, sed utriusque actionis non est hic effectus,
ut lucretur dotem. Pro hac obtinenda pro Stratagemate tra-
ditur, ut coram Magistratu Ecclesiastico agat civiliter, tunc
enim separatione facta quoad vinculum, dotem lucretur. *gloss.*
in fin. aut. sed hodie ad L. Juliam C. de adult. Henr. Bocer. tr. de
adult. c. 3. n. 19. si agat criminaliter, secus obtinet. Ant. Gvid.
Costa de dote c. 6. n. 24.

Concl. IIX.

Filiosfamilias, ejus Patri, Hæredibus & Fidejussoribus da-
tur exceptio SCti Macedoniani contra eum, qui Filios pec-
uniam numeratam mutuo dedit. *L. 1. & 7. ff. de Scto Mac.*
Carpz. part. 2. cons. 10. def. 16. cui etiam filiosfam. renunciare
nequit, quippe hæc exceptio in odium foeneratorum est
concepta. l. 1. §. pen. de tit. etiamsi juramentum accesserit Dd.
in L. 3. ff. h. t. c. non est obligatorium. de R. J. in glo c. cum con-
tingat. X. de jurejur. ideoque creditores filiosfam. de jure
civili nullam habent remedium, quo mediante pecuniam fil-
iosfam. mutuo datam consequi queant, licet nammi consum-
pti haud sint, sed in peculio adhuc extent. L. 9. §. 2. ff. de
Scto Maced. Traditur ab aliquibus hoc Stratagema a credi-
toribus observandum, ut ad conscientiam filiosfam. pro-
vocat, (hos enim in conscientia obligatos tradunt) & ad
Evangelicam denunciationem confugiant. *Vincen. Caroc. d. ex-*
cept. 37. n. 14. Ut autem hæc denunciatio in hoc casu locum
habeat, requiritur, ut creditor bona fide filiosfamilias pecuni-
am mutuo dederit, tunc enim ex contractu mutui naturaliter
est obligatus *Gorbosr. de Jena in tr. de Scto Maced. aphor. 7.*
n. 11. & 12. ubi exemplum aliquod adducit. Hoc Stratage-
mata etiam succurritur illi, contra quem Judex supremus in-
juste sententiam definitivam pronunciavit. *Gorbosr. de Jena d.*
l. n. 14. 42. An autem hæc denuntiatio inter Augustanae con-
fessio-

fessione adducos obtineat? videre est ex prædicti *Gothfr.*
de Jena tract. qui in hac materia conluli potest.

Conclusio IX.

Reus quando convenitur in eo loco vel apud eum
Magistratum, ubi & apud quem conveniri non debet,
potest opponere exceptionem fori incompetentis. *L.*
pen. & ult. c. de except. Cautus tamen Advocatus Stra-
tagemate potest efficere, ut Judicem regulariter non
competentem non possit recusare, sc. si coram Judice
aliquid in dubium trahat, ut ille sententiam interlocu-
toriam ferat pro reo, tunc si hoc reus acceperat, tacite in
Judicem non competentem consensisse & jurisdictionem
prorogasse videtur, quia semel ejus jurisdictionem
agnovit, nec postea poenitentia locum habet. *I. ad solu-
tionem. C. de re judic. C. cum venisset. X. de testib. & at-
testat. Vinnius in cess. disp. 8. tb. 2.*

Conclusio X.

Cum sæpissime clausulæ renunciationum a Nota-
riis magis ex scientia & partium consensu instrumen-
tis inferantur *Dec. in cons. 52. n. 7.* Stratagema est pro
illo, cui illa renunciatio nocet (v. gr. mulier renunciat
Scto Vellejano, vel Titius conditioni indebiti vel alii
juris auxilio) ut curet Notarium, qui instrumento atte-
stus est, quod contrahens de beneficio renunciatio fu-
erit certioratus, a Judice interrogari, quid sit illud Sctum
vel beneficium, de quo pars certiorata fuerit, & in quo
consistat illius vic ac efficacia. Si hoc ignorat Notari-
us, non potest talis renunciatio ullum facere præjudi-
cium renuncianti, eo quod non intellexerit vim talium
verborum. Nec potuit Notarius certiorare partem de
eo,

eo, quod ipsemet ignoravit. *Gail. lib. 2. obs. 77.* Ne autem mulier hoc modo & Notarium & Principales simul circumveniat, Notario de certioratione mentionem faciente aliud stratagemata contra eam est, ut juramenti religione arctetur ad firmandam renunciationem & declarandam suam mentem, quod nim. sciat, in quo consistat muliebrium beneficiorum vis & efficacia. Hoc casu virtute juramenti mulier efficaciter obligatur, etiamsi non proberur, quod de Vellejano certior reddita fuerit, quia juramentum loco certiorationis est, ut censeatur mulier virtute juramenti omni legum ac juris auxilio renunciasse, si non in specie, saltem in genere; Excipiunt tamen Dd. enormem lesionem, *Gad. d. l. num. 10.*

Conclusio XI.

Qui aliquem vulneravit, faciat pacem cum vulnerato de vulnere, & de omni eo, quod ex vulnere nasci potest, hoc si factum, & postea vulneratus moriatur, hæredes occisi homicidam homicidii non possunt accusare, quia juri futuro per pactum potest renunciari. *L. 2 C. de pact. & transactio de crimine publico capitali excepto adulterio est licita. L. 18. C. de transact.*

Conclusio XII.

Post publicatas in judicio attestaciones, disputationes in judiciis super testibus & attestatis fieri debent. *Gail. lib. 1. obs. 87. n. 1. Ruiger. Ruland. de commiss. part. 1. c. 6.* Actor igitur, qui plerumque in his Disputationibus primus facit conclusionem, der gemeiniglich den Schluß-Satz machet/diligenter hoc Stratagemata observet, ut in replicatione ad exceptiones rei, sua jura & allegationes, quibus unitur, & obtinere sibi persuadet, non pror-

prorsus manifestet, sed leviter tantum exceptiones rei attingat, simulque quasi ejus exceptiones infringere, & refutare non possit, postea vero ubi reus cum sua duplica in causa concludit, actor in sua triplica & ultima positione seu conclusione, im letzten Satz oder Schluss-Satz/ omnia sua jura, rationes & allegationes effundat, proponat, rei exceptiones evertat, de puncto ad punctum examinet, refutet & impugnet. Et hoc Stratagemma est admodum notabile plurimumque ad causæ victoriam facit; quia, quæ ultimo audiuntur, melius memoriæ mandantur, & verba ultimo prolata, quæ nullo gladio, nulloque rolo percussa sunt, præstantiora sunt, cum per contractionem res dubia efficiatur. *L. si quis in libertatem 3. C. quib. ad libert. proclam. non lic.* Et hoc verum est, inodo Actor in ultima sua positione nihil novi afferat, quod prius non fuit deductum, alias hoc in conceptione sententiæ non attenditur. *Berlich. part. 2. concl. 48. n. 29. Speculat. lib. 2. part. 2. tit. de Disput. & alleg. Advocat. §. post hoc autem n. 24.*

Conclusio XIII.

Elegans Stratagemma traditur a Berlichio *part. 1. conclus. 38. n. 106.* pro reo per quod actorem in termino probatorio circumvenire, seque a tota instituta actione, etiamsi maxime obligatus sit, liberare potest, scil. ut aliquam exceptionem peremptoriam vel mixtam, vel siquam effingat, & negativæ litis contestationi annectat; licet enim tunc ejusmodi exceptiones prætermittas contra sententiam interlocutoriam, leurationem vel appellationem interponat, quo casu actor putans sententiam illam a viribus rei judicariæ esse suspensam, plerumque articulos probatorios exhibere, & nomina testium
E offerre

offerre cessat, expectareque solet, donec leuteratio vel appellatio justificata, & punctum illud incidens finitum fuerit; tunc enim ubi hoc videt, terminumque probatorium elapsum persentit, in ejus arbitrio est, an leuterationem prosequi, vel eidem tacite vel expresse renunciare velit, utrolibet n. facto actor postea propter terminum elapsum ad probationem non admittitur, sed in totum excluditur & causa cadit, propterea quod hoc in casu sententia interlocutoria plura, & quidem diversa & separata capitula contineat, unum onus probandi, alterum omissionem exceptionum peremptoriarum seu mixtarum. *Henr. Bover. in suis singular. verb. appellatio, n. 10. ibi, si fiat & seq.* Notum autem est, si sententia plura diversa & separata capita & comprehendat, & ab uno appellatum vel leuteratum sit, quod sententia quoad reliqua capitula in rem judicatam transeat, & consequenter cum sententia, quoad onus probandi, in rem judicatam transferit, actorque terminum elabi passus fuerit, merito hoc suæ negligentiae ascribere debet, quod non vigilaverit, & intra terminum probatorium articulos & nomina testium obtulerit. *Berlich, d. l. & n. 107.* pro qua assertatione facit etiam elegans illud Srratagema, quod affert, & inde in practica magnum honorem Advocatum consequi posse dicit *Angel. in L. sed & fide sua. ff. de acquir. hered.* quod scil. reus filiosam in judicio prope ad finem instantiæ opponat, quod sit in Patris potestate, tunc enim si filiusam non poterit se emancipatum probare, & interim terminus elabitur, is tota causa cadit. *Berlich, d. l. n. 108.*

Conclusio XIV.

Regulariter in secunda instantia & in appellatione
alii

alii vel iidem testes super iisdem vel directo contrariis articulis de iure Canonico [quod in hac parte observatur *Berlich. part. 1. concl. 51*] non possunt produci, ratio est, quia non minus in appellationibus quam in causa principali subornatio est timenda. *text. express. in Ciem. ult. de test. Rutger. Ruland. de commissar. part. 1. l. 6. c. 12. n. 13.* sed egans Stratagemata est, ut quis super aliis & diversis articulis ulteriori probatione uti queat, si quasi de novo experiatur, quod utique facere nemo prohibetur, adeoque hoc modo per indirectum ad novas probationes admittitur, ad quas ipsi alias per indirectum aditus non patebat. *Berlich. d. l. n. 13.*

Conclusio XV.

Quando accusator diffidit, an plene & sufficienter probare possit, pro eo stratagemata est, ne accusationem suam fundet in probationibus plenis ad condemnandum, sed solum ad indicia ad torturam sufficientia dirigat. *Berlich. part. 1. concl. 35. in fin.* Aliter sentit & defendit *Carpz. in prax. crim. part. 3. qu. 106. n. 19. & seq.* nimirum ad probationes delicti & indicia simul & semel in uno libello actionem criminalem institui & sic in libello accusatorio indicia etiam exprimi posse, imo hoc utile esse ut si non confiteatur accusatus delictum vel plene probetur super indicis illius saltem postea torturae subijci queat. *Carpz. d. l.*

Conclusio XVI.

Debitor qui se creditori suo solutionem fecisse contendit, ejus rei probationem praestare debet. *text. express. in L. 1. C. de probat. L. 25. C. de solut.* Elegans tamen Stratagemata est, per quod debitor onus probandi in creditorem transferre, & si creditor in probatione deficit, a de-

bito etiam si totum non exsoluerit, liberari potest, puta, si debitor a creditore mutuo accepit certam pecuniæ summam, & debitum contraxit, debitor autem debitum negare non potest nec audet, dicit tamen se totum debitum exsoluisse, mutuumque integrum restituisse, creditor quidem fatetur, sed debitum recipisse, verum non totale & integrum, sed tantum partem pecuniæ, & ideo, si creditor particularem solutionem probare non poterit, debitor liberatus erit, (1) quia ubicunque negativa est causa, & fundamentum intentionis alicujus, siue agentis siue excipientis, semper ei, qui negat, probatio incumbit; hoc autem in casu creditoris actoris negativa, se totum debitum non accepisse, causa & fundamentum est suæ intentionis E. (2) Quia forma intrinseca modusque ille & solennitas, quam lex de necessitate in aliquo casu adhiberi vult, semper præsumitur, donec ab eo, qui aliter factum esse contendit, doceatur. *L. sciendum. 30. ff. de V. O.* De forma autem & solennitate intrinseca solutionis est, ut ea non pro parte, sed in totum fieri debeat necessario. *L. tutor. 41. §. 1. ff. de usur.* (3) Quia nemo præsumitur sibi incommoda creare, & ex suis incommodis alterius commoda & utilitatem augere. *L. cum indebito. 25. post. pr. ff. de probat.* Particularis autem solutio creditori affert incommoda, debitori commoda. *L. plane 3. ff. fam. eriscund.* (4) Quia jura non præsumunt & admittunt particularem solutionem, sed potius totalem. *d. l. tutor. 41. §. 1. de usur.* qui autem præsumptionem juris pro se habet, transfert onus probandi in adversarium. *Specul. lic. 2. pars. 2. tit. de probat. §. probare. 1. n. ii. vers. item quod presumptio transferat onus probandi in reum. Berlich. part. 1. coroll. 37. n. 10. 12. 13. 14. & 15.*

Con-

Conclusio XVII.

Magna est disceptatio inter Dd. quomodo Judex procedere debeat, si plures in rixa vel tumultu aliquem occidant, & quomodo puniantur, si occisores non appareant, vel indicia nulla adsint, vel si quædam adsint, torturæ autem subjecti confiteri nolint, quisnam homicidium perpetraverit: sed optimum Stratagemata habetur, ejus auxilio Judex verum occisorem invenire potest, eumque reliquis dimissis ad mortem condemnare, ut simulate omnes condemnent, si forte reus conscientia simulata atque moribus convictus pro ea exoneranda homicidium fateatur, tum reliqui omnes liberentur, & a Judice revocata illa sententia simulata recte absolvi debent, & hoc Stratagemate Carolum Magnum usum fuisse testatur & sequitur *Andr. de Isern. in cap. 1. §. publici latrones tit. de pac. tenenda & ejus violatoribus num. 2. Abele in seinen seltsamen Gerichts Händeln. cas. 16. Gledelm. ir. de Mag. & benef. lib. 3. c. 7. eodem fere modo sapientissimus Rex Salomon litem eam, quæ erat inter duas foeminas de interempto puere decidit. lib. 3. Reg. cap. 3.*

Conclusio XIX.

Omnibus notum est, quod injuriarum condemnatus fiat infamis *per text. in E. Lex. Cornelia ff. de injur. Gal. lib. 1. obs. 102. n. 1. Berlich. part. 5. concl. 63. n. 1.* Ut autem quis poenam & infamiam eviret (1) Stratagemata est: ut talis, qui injuriam homini intulit, statim antequam de loco recedit, injuriam revocet: dicendo ex incuria, vel lingvæ lapsu, vel calore iracundiæ ista verba excidisse. *Farinac. prax. crim. lib. 1. tit. 3. quest. 20. n. 58.* sic enim per talem revocationem cessat ipsa injuriarum actio.

E 3

actio.

actio. *Tom. Ferrat. caut. 30. Dec. in L. quod calore in fin. de R. 1. (2) Ut conventus injuriarum propter dubium litis eventum text. in L. eo tempore. & in L. quod debetur. ff. de pecul. non compareat personaliter, sed tantum per Procuratorem: quo casu in Procuratorem sententia profertur tanquam dominum litis, eoque condemnato, nec ipse nec dominus infamia notabuntur per text. in L. furti §. si quis alieno. ff. de his qui notant. infam. Et quoniam in Camera partes non personaliter, sed per Procuratores vigore ordinationis comparere possunt, ideo in actione injuriarum sententia in Procuratorem tanquam dominum litis ferri poterit, quod plerumque fieri solet ad evitandam infamiam & ignominiam. *Gail. lib. 1. obs. 102. n. 7. Wesenb. in Paratit. tit. de his qui notant. infam. n. 9.* Cum autem hodie sententia in ipsum principalem utut per Procuratorem in judicio comparuerit, pronuncietur, vix hoc Stratagema obtinebit: (3) Ut reus injuriæ æstimationem vel pecuniariam pœnam, quæ per sententiam imponi potest, ante offerat, quam sententia condemnatoria feratur *L. si reus paratus 63. ff. de Procurat. Gail. lib. 2. obs. 102. n. 7. Berlich. d. n. n. 16. Habn. in obs. ad Wesenb. tit. de his qui not. infam. n. 9.* (4) Ut condemnatus vel autoritate Magistratus vel Judicis vel gratuito vel adhibita protestatione super illatis injuriis tranfigat & paciscatur. *Wesenb. Gail. & Berlich. d. l. n. 10. n. 12. & 14.* (5) Ut reus copiam sui in judicio non faciat, sed propter contumaciam condemnare se patiat. *Job. Zang. de except. part. 2. cap. 1. n. 177.* (6) Ut reus ante litem contestatam perperam dicta revocet & se coram Judice & Adfessoribus declaret, se verba illa, quæ ab actore tanquam injuriosa allegantur animo injuriandi non*

non protulisse, deque actore non nisi bonum scire & sentire posse, ex wisse von Klägern nichts als alles Liebes und Gutes. *Berlich. d. l. Corpz. in pr. crim. quest. 97. n. 12. (7)* Vt petat in sententia existimationem honoris reservari, quod hodie quilibet Judex ex justa causa facere potest, si injuriæ non nimis fuerint atroces. *Gilhaus. in arb. crim. cap. 2. tit. 34. §. 7. n. 15. Berlich. d. l. n. 39.* Inter cætera autem & hæc pro justa causa reputatur, si injurians est opifex, & in aliquo collegio constitutus, tunc enim ei in sententia existimatio honoris merito reservatur, quæ esset admodum crudele, si quis propter levissimas injurias ex iracundia forte prolatas societate, ordine, collegioque suo tanquam infamis ejiceretur. *Wesensb. in Paratit. de injur. n. 18.*

Conclusio XIX.

Quando sub fidejussionis nexu in criminalibus reus e carcere est dimittendus, Judex debet attendere, ut dentur fidejussores idonei, alias tenerur de Syndicatu. *Jul. Clar. sentent. lib. 5. §. fin. qu. 46. n. 12.* Stratagema autem est pro judice, si fidejussor notorie non sit solvendo, ut faciat dare approbatorem s. collaudatorem, qui illum collaudet & approbet pro idoneo, tunc enim in eventum, quo fidejussor existit non solvendo, ipsi collaudor tenerur. *L. cum ostendimus. 4. §. ult. ff. de dejuss. & nominat. tut. Hering. de fidej. c. 8. n. 43. & 44. Idenkop. in obs. cr. pr. tit. 3. obs. 6.*

Conclusio XX.

Nemo regulariter pro alterius sive delicto sive debito obligari nedum prægravari potest, *L. unic. C. ut nulus ex Vicari. pro alien. Vicari. debet. ter. Auth. ne fil. pro patr. L. 74. ff. de R. l.* At si extraneo in liquido & magno

igno debito, ubi ejus debitor fuit solvendo, justitia aperte fuit denegata & proracta, pro illo hoc Stratagema est, si scil. ipsi nullum aliud remedium superfit, quo jus suum consequi possit, ut a Superiore petat repressalias, ut possit aliorum personas & bona capere, quæ sunt de civitate vel provincia ejus, qui ipsi justitiam aperte denegavit. *Grot. de Jur. Bell. & Pac. lib. 3. cap. 2. n. 4.* Hæ repressaliæ videntur quidem iniquæ & prohibitæ, certis tamen circumstantiis adhibitis & consideratis eas esse licitas defendamus. An autem ille, qui repressalias passus est, habeat actionem, quo suum, quod amisit, recuperare possit, *vid. Limn. de J. Publ. lib. 4. c. 8. n. 318.* Aliud adhuc Stratagema est in hoc casu pro extraneo, quo tertius non ita læditur, sc. ut bona sui debitoris (si forte ille ut mercator aliqua ad extranea loca mittat) arrestari faciat & ira debitori suo judicium mutet, & ad suum judicem trahat Arrestum enim facit forum. *Magnif. Dn. Med. part. 1. dec. 238. & in tract. de arrestis cap. 16. n. 44.*

Conclusio XXI.

Quoniam malitiosi Advocati a quovis gravam ne
& quacunque interlocutoria appellare solent, ut causam principalem in infinitum protrahant, & appellatos miser & immensis sumptibus fatigent, ideoque nonnulli hoc Stratagema suggerunt, ut appellatus preveniat appellantem & Judici appellationis per literas vel supplicationem statim causæ significet, allegando rationabiles & relevantes causas, cur appellatio non recipi, nec appellanti processus decerni debeant. Quod Stratagema rejicit *Gail. lib. 1. obs. 31.* Aliud tamen longe melius Stratagema est, ut appellatus coram Judice appellationis renunciet puncto appellationis, petatque appellantem

tantem compelli, ut in causa principali omisso puncto
appellationis ab interlocutoria procedat, cui petitioni,
cum sit æquitati & juri conformis, Judex locum relin-
quere debet. *Gail. lib. 1. obs. 136. & seqq. Aubon. Fab. in
suo Cod. lib. 7. tit. de appellat. defn. 26. n. 1. & seqq.* Quod
Stratagema tamen appellato tantum prodest, non etiam
appellanti, siquidem is, qui ab interlocutoria appellavit,
impetrare non potest, ut omissa appellatione super cau-
sa principali cognoscatur, vel ut causa apud Judicem su-
periozem retineatur. *Myns. cent. 3. obs. 79.*

SECTIO V.

De Feudis

Conclusio I.

Ex duobus in eodem feudo in casum vocatūri conces-
sionem impetrantibus jure feudali præfertur is, qui
primus expectativam impetravit. Vbi vero posterior
impetrans simul abusive investitus reperitur, præfertur
priori nudam concessionem habenti, si uterque investi-
tus est, prior est causa prius investiti. Vbi vero posterior
investitus possessionem prius est adeptus, potiores sunt
ejus partes, quia in pari causa melior est conditio possi-
dentis, perinde ac in re duobus vendita semper præfer-
tur posterior, cui res est tradita *L. quoties 15. C. R. P.* cum
traditionibus demum non nudis pactis transferantur re-
rum dominia *L. 20. C. de pact.* In pignore id non obtinet,
unde si res eadem duobus diversis temporibus est op-
pignorata, licet posteriori tradita sit, tempore tamen pri-
or præfertur. Vt autem possessio posteriori vel etiam
priori investito nihil profit nec prioritatem tribuat in
feudo, hoc Stratagema traditur: Vt scil. curet vasallus
F
ex-

expectativam his verbis ac formulis exprimi, ex quibus colligi possit, concedentis voluntatem fuisse ut utile dominium statim & ipso jure cum aperitur ad concessionarium sive investitum transeat, veluti si sub lege propria autoritate feudum apertum occupandi vasallus sibi concedi curer, aut si a Domino hoc impetret, ut is in literis investituræ a se abdicet, omnem ulteriorem, investituram de isto feudo faciendi, tunc possessio ab altero investito occupata nihil ipsi prodesse potest. Nam ex quibus causis dominium ipso jure transit vel jus reale statim acquiritur, non est locus *d. l. quoties* nec posterior possessionem prius adeptus præfertur. *vid. Dn. Mev. part. 4. dec. 78. n. 6.*

Conclusio II.

Et si hodie recentiore Germaniæ consuetudine & Patriæ nostræ moribus ad investituram non est necessarium, ut ea coram paribus curiæ aut aliis testibus fiat, si tamen posterior investitus præferri cupit, hoc adhibere debet Stratagemata ut scil. investituram coram paribus curiæ sibi fieri procuret. Nam licet publica sollemnitas non amplius sit usu, adhibita tamen effectum quandam habere debet, eum scil. quem jus commune publicis actibus addidit, qui est in prærogativa, ut publice acta præferantur clam & privatim actis *L. scripturas II. C. qui pot. in pign. Dn. Mev. p. 4. dec. 80. n. 3.*

Conclusio III.

Jure communi feudali filius repudiata hæreditate Patris feudum paternum retinere minime potest *2. Feud. 45.* & quamvis aliqui inter feudum hæreditarium & ex pacto & providentia distinguant, & superius adductam constitutionem non in hoc sed in illo tantum obtinere statuunt,

statuant, sicuti eam Augustus Elector Saxoniae p. 2. *const.*
47. declarat his verbis: Nach gemeinen Rechten muß
der Sohn des Vaters Erbe zugleich mit seyn / da er
die Lehn-Güter von ihm ererben will / und kan sich der
Erb-schafft nicht euffern und die Lehne behalten / es sey
denn feudum ex pacto und er thue sich der Erbschafft
vermittelst eines gebührliehen inventarii unterfangen /
dessfalls kan er das Lehn behalten. Sed hanc distinctio-
nem & explicationem nec verbis nec rationi dictæ con-
stitutionis feudalis convenire alii late demonstrarunt;
unde rectius statuitur, filium indistincte si feudum velit
retinere, etiam hæreditatem Patris adire debere. Idque
in Pomerania multo magis obtinet, ubi feuda mixta sunt
& qua solutionem debitorum sequuntur feudi hæredita-
rii naturam. Ut autem filius repudiare queat hæredita-
tatem paternam & feudum nihilominus retinere, hoc
Stratagema solet suppeditari, ut scilicet filius adeat seni-
orem seu dominium feudi, eumque roget, ut cum con-
sensu agnatorum de novo ipsum investiat, quo casu ex
nova investitura feudum tetinere non impeditur, neque
ex fendo creditoribus paternis hereditate repudiata ali-
quid solvere tenetur.

Conclusio IV.

Prohibetur vasallus sine consensu Domini aut ag-
natorum feudum alii oppignorare aut filia in dotem
dare, cum tamen scemina feudum habenti marito id in
dotem dare interdictum non reperitur. 2. *Feud. 13.* cum
priori casu dario dotis sit species alienationis prohibita;
Efficitur enim dos ipsius filia proprium patrimonium
L. 3 §. 5. ff. de minor. L. 16. ff. de relig. & sumpt. fun. L. un.
§. 15. C. d. res ux act. quod posteriori casu secus se habet.

F 2

Nam

Nam etsi constante matrimonio maritus revera est do-
tis Dominus, quia tamen id dominum non est stabile
& perpetuum, sed soluto matrimonio revertitur ad mu-
lierem, eoque respectu adhuc mulieris esse & in domi-
nio ejus permanisse dicitur. *L. 75. ff. de jur. dot. L. 30. C.
eod.* ideo foemina marito in dotem dans feudum id ali-
enasse dici nequit. Verum ut filia nihilominus per Pa-
trem vel etiam vasallus mutuam pecuniam accidere pos-
sit, hoc Stratagemata ipsi jura feudalia subministrant, ut
fructus feudi in dotem det, oppignoret vel antichre-
sin sine pignore constituat. Hoc enim fieri posse elegan-
ter docet *Dn. Mev. disc. levam. inop. debit. c. 4. Sect. II. n. 5.
q. 27.*

Conclusio V.

Vasallo ex nobili conjuge filium habenti, cum
post mortem illius se continentiae dono non praeditum
esse sentiat, nec tamen velit alere concubinam, quia id
peccatum esse intelligit, nec etiam libertis prioris ma-
trimonii successione futurae conditionem deteriore fac-
ere cupiat, ad utrumque incommodum evitandum hoc
subministratur Stratagemata, ut despondeat sibi aliam
mulierem ea lege, ut nec ipsa nec ejus liberi ex isto ma-
trimonio nascituri amplius quid consequi debeant, quam
tempore nuptiarum dictum fuerit. Et quamvis multi
tale matrimonium ad morguaticam contrarium ut tur-
pe juriq; contrarium judicent, alii tamen & quidem
longe plures contrarium sentiunt. Nec desunt in jure
feudali illius vestigia, quemadmodum videre est in *S.
fili nati 2. Feud. 26.* & in ipsa quoque Germania ejusmo-
di conjugii exempla extare recentiores Austriae, Ba-
variae & Badensis familiae casus ostendunt *Theod. Reink.
Biblische Pollicen lib. 3. axiom.* Con-

Conclusio VI.

Feudum hereditarium, quod sine consensu Domini fuit alienatum nec filii, nec agnati revocare possunt, sed illud exclusis tam filiis quam agnatis ad Dominum redit. *Rosenth. in synopt. feud. cap. 9. concl. 68. n. 7. Berlich. lib. 2. concl. 59.* Est tamen elegans Stratagemata, quo filii & agnati uti possunt, quo minus feudum ob alienationem illicitam amittant, sed illud bene excluso Domino retinere possint (1) scilicet si filii & agnati vasallum feudum sine consensu Domini vendere velle audientes Dominum requirant, ut is alienationem vel feudi jam alienati traditionem prohibeat & impediat. Hoc casu si Dominus non prohibet, in dolo constituitur, & ob id lucrum exinde non reportabit. *l. 1. ff. de dol. Rosenth. d. feud. tom. 1. cap. 9. concl. 68. n. 9. Sansbeck tr. d. feud. part. 13. n. 84. Berlich. d. l. n. 18.* (2) si forte filii vel agnati alienationem certo non sciant, eam tamen metuunt & emptorem ignorent, ut tunc illi compareant coram Iudice & faciant fieri proclamationem, ne ullus emat feudum, hoc casu, si proclamatione non attentata feudum fuerit alienatum sine consensu Domini alienatio illa filiis & agnatis non nocet. *Rosenth. d. l.* (3) si vasallus in actu alienationis talem protestationem adhibeat, si scilicet Dominus placuerit, vel si Dominus consenserit, vel salvo jure Domini & non aliter nec alio modo. *Horman. Vultej. d. feud. cap. 11. n. 44. Schrad. eod. tract. part. 9. cap. 1. n. 20. § 21.* Plures restrictiones ubi feudum sine consensu Domini alienatum non devolvatur ad Dominum, sed filius & agnatis nihilominus saluum maneat, *vid. apud Card. Twich. tom. 3. pract. conclus. lib. 8. conclus. 92.*

Conclusio VII.

Quando Vasallus ære alieno obrutus est, nec tamen creditoribus feudum in solutum dare vult, filius vero ipsius amplam cum uxore sua dotem accepit, quæ omnibus creditoribus est sufficiens, pater filio feudum cum onere solvendi alienam æs refutare, eaque ratione famæ suæ consulere & filio feudum conservare potest. Etsi enim jure feudali alienatio feudi sine consensu Domini sub pœna privationis est prohibita, filio tamen vel proximo agnato facta sustinetur. 2. Feud. 2. §. 1. & 2. Feud. 14. est enim ejusmodi alienatio potius refutatio quam alienatio, quæ non eget Domini consensu, cujus nihil interest, dum feudum retinet una investitus. *Rosentb. de feud. cap. 9. membr. 1. n. 10. seq. Dn. Mev. part. 7. dec. 247.* Sed ac præ mortuo sine liberis filio, cui facta est refutatio, feudum ad partem, an vero ad Dominum, vel agnatos revertatur, anceps est disputatio? Nobis placet sententia illorum, qui jus renunciantis sive refutantis non omnino peremptum esse, sed feudum hoc casu ad patrem reverti statuunt. Excipitur tamen casus, si omnino h. e. generaliter & in rem sive in omnem eventum in manus domini facta est refutatio, vel etiam, si alium de feudo isto investiri passus est, quo casu refutenti ad feudum non dari regressum traditur a *Mynf. 3. obs. 93. Rosentb. de feud. c. 2. concl. 20. & 21. Rittersb. de feud. lib. 2. c. 2. quest. 20.*

Conclusio VIII.

Creditori, cui pro credito feudum est oppignorum sine consensu Domini & agnatarum, hoc suppeditatur Stratagemma, ut scilicet curet feudum oppignorum sibi tradi, quo casu antequam de credito ipsi fuerit satisfactum, feudum dimittere non tenetur. Etsi enim feudum sine
con-

consensu Domini obligari nequit. *Matth. de afflict. de feud. in rubr. de Vassall. qui contra constit. Lotbar. n. 4.* traditum tamen iuste retinetur, etiamsi pro credito obligatum non sit; nec enim ab obligatione ad retentionem valet argumentum negativum, cum facilius longe competat retentio quam actio, & quæ non licet obligare, permittitur retinere. *vid. Dz. Mev. part. 7. dec. 399.*

Conclusio IX.

Alienatio feudi vasallo plane interdicta est, ita quidem ut sine consensu Domini facta ipso jure nullo habeatur, & vasallus propter eam feudo priveretur, ac Notarius super alienatione feudi conficiens instrumentum infamiae poena & manus amputatione plectatur. *2. Feud. 52. & 55.* At evitandam hanc poenam pro vasallo hoc traditur Stratagemata, ut ante traditionem poeniteat & factam alienationem revocet. Ad privationem enim feudi propter alienationem agi nequit, nisi accesserit traditio & dominium actualiter in alium sit translatum. *vid. Struv. Syntag. jur. feu. c. 13. t. b. 9. in exeg. n. 4.*

Conclusio X.

Jure feudali ascendendum nulla est successio. *2. Feud. 50.* sive feudum sit hæreditarium sive novum: qui enim feudum acquirit, sibi tantum & generi seu posteris suis prospicere voluisse creditur, quemadmodum & is qui feudum dat contemplatione accipientis ejusque posteritatis maculæ contulisse censetur. Ut autem ascendentes quoque in feudo succedere possint, hoc supediatur Stratagemata, ut scil. contracta fiducia pater filium de feudo a Domino suo curet investita, quo casu præmortuo filio recurreret feudum ad Patrem. *Rittersbus. lib. 1. c. 2. qu. 10.*

Con-

300
Conclusio XI. de
Agnatis, qui feudum sine ipsorum consensu alie-
natum revocare cupiunt, ut non refuso pretio id pos-
sint recipere, hoc subministratur Stratagema, ut nimi-
rum mortem alienatoris expectent & post eam revo-
cationem differant, tum enim alienatum feudum re-
cuperare possunt, modo alienator nullos habeat filios.
His enim relictis non nisi reddito pretio feudum alie-
natum proximiorum agnatum recuperare posse evincit.
c. Titius filios 2. Feud. 26. Sed an filiis in feudo alie-
nato jus protimiseos competat, ut reddito pretio præ-
agnato collateraliter recipere possint dubiæ quæstionis est?
Ut affirmantium rationes hic non excutiam, negati-
vam defendere placet propter manifestam diversitatis
rationem. Quod enim agnati collaterales feudum alie-
natum revocare possunt, ideo fit, quia non ex persona alie-
natoris, sed primi acquirentis succedunt. *c. his vero deficientibus*
d. grad. success. in Feud. Filii autem non tam beneficio primi
acquirentis quam mediante persona Patris sui succedunt & ab
ipso Patre feudum capiunt, ideoque factam a Patre alienatio-
nem tanquam hæredes ratam habere tenentur. *Eguin. Baro ad*
c. Titius filios 2. Feud. 26. vid. etiam prolixè B. Sobum ad d. cap.

Possent quidem adhuc unam atque alteram conclusionem
ex jure feudali adjicere, quia vero ratio temporis habenda,
& peregrinatio instans id non admittit, ideo filium hic
abrumpo.

SOLI DEO GLORIA.

ULB Halle
002 265 036

3




(f)

Sb.

WONA







B.I.G.

Farbkarte #13

18.
8.3

1674, 2 d

CONCLVSIONES IVRIDICAE INAVGVRALES

DE

EVREMATICIS

SEV

STRATAGEMATIBVS

IVRIS

VULGO

Von Juristischen Sündgen,

QVAS

CONSENSV AMPLISSIMAE FACVLTATIS IVRIDICAE

SVB PRAESIDIO

FRIDERICI GERDESII,

J. V. D. Pand. & Cod. Profess. nostræ Academiae Ord. Confist. Regii
Adfessoris dignissimi, Facultatis suæ Decani spectabilis, Domini, Pa-
troni, Promotoris ac Præceptoris sui omni honoris
cultu prosequendi

IN AUDITORIO MAIORI

HORIS CONSUVETIS MATVTINIS AD VENTILANDVM

ADI D. IV. JUNII

ERVEDITIS, SINCERIS ET PLACIDIS INGENIIS

EXHIBET

Franz von Essen.

Editio Septima.

Greifswald 1674

WITTENBERGAE

TYPIS JO. GODOFR. SCHLOMACHII 1735.

(6)

